Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

22

ad templum sanctum in timore tuo; ad templum si templum intellegimus. non
enim ait adorabo in templo sancto suo. sed adorabo ad templum sanctum, intellegen
dum est et iam non de perfectione sed de progressu ad perfectionem dictum esse. Vt illud
perfectionem significet. Introibo in domum tuam. sed uti hoc queniat. prius
adorabo inquit ad templum sanctum tuum et fortasse ob hoc addidit in timore tuo.
Quod magnum est praesidium procedentib: ad salutem; cum autem quisque pueneri
fit et ineo quod dictum est. Consummata dilectio foras mittit timorem. Non
enim timent iam amici quib: dictum est. Iam uos non dico seruos sed amicos.
Cum adiquod promissum est perducti fuerint. Deduc me in tua iustitia
propter inimicos meos; satis hic declarant in perfectione se esse. id est in perfectiuad
perfectionem nondum in ipsa perfectione. quando uti deducatur exoratur. In tua iusti
tia autem non in ea quae uidetur hominib:. Nam et malum pro malo reddere iusti
tia uidetur. sed non est eius de quo dictum est. Qui facit solem suum oriri sup
bonos et malos. Quia et dum non punit dispeccatores non malum suum eis infert.
sed mali seorum eos dimittit. Ecce enim quid parturit iniustitia concepit dolorem.
et peperit iniquitatem; lacum aperuit et effodit eum et incidit in fouea quam ope
ratus est. conuertetur dolor eius in capite eius. et iniquitates eius in
discendet. Cum ergo punitur uti de expuniteos qui legem praeteriunt. Non eis
inferens de se ipso malum. sed in id quod id eleger unteos expellens ad complenda
summam miseriarum. Homo autem cum malo pro malo reddit. malo uero id facit.
et ob hoc prior ipse malus est. dum punire uult malum. dirige in conspectu
tuo iter meum; Nihil manifestius quam id tempus eum commendare quo profitet.
hoc enim iter. id non terrestrium locis pagitur sed affectib: animorum. In con
spectu in quid tuo dirige iter meum. id est ubi nullus hominum uidet quib: cre
dendum non est laudandib: aut uituperandib; et nullomodo possunt de aliena
conscientia iudicare. in quatter dirigitur addit. ideo subiecit. Quoniam
non est in ore eorum uerax quib: utique iudicantib: non est cre
dendum. et ideo intro ad conscientiam et addit conspectum con
fugiendum est. Cor eorum uanum est. quomodo ergo potest
esse in ore eorum uerax quorum cor fallitur de peccato et poena
peccati unde reuocantur homines illa uoce. utquid diligitis uanitatem
et quaeritis mendacium. Sepulchrum patens est guttur eorum. ad uoxeci
tatis significationem referri potest. propter quam plerumque homines ad adulationem
mentiuntur. et mirabiliter patens dixit sepulcrum. Quoniam semper inhiat illa
uoxeratus. Nomut sepulchra quae recepta cadauerib: muniuntur. potest